Myroxylon

1. peruifera M.

pedicellatum Myroſpermum

an peruiferum?

Arbor Quin quina Juſs.

Habitat in Peru herb. Juſs.

Foliola circiter 12. Racemi laterales, fere ſpithamaei. Pedunculi angulati, ſubtomentoſi. Pedicelli craſſi, nutantes, uniflori. Rami teretes, glabri.

tomentosum Myrospermum?

Habitat hub Surs.

Rami, uti petioli, pedunculi, calyces et folia subtus tomentosi, teretes. Folia ad apices ramorum, semipedalia, pinnata: foliola petiolata, alterna vel opposita, 8-9 cum impari, ovato-lanceolata, supra oculo armato villosa. Calyces obtuse quinquedentati. Petala 4. longitudine aequalia. Alae cuneatae Carina basi bifida. Ungues longitudine calycis. Filamenta 10. omnia connexa. Fructus ignotus.

peruifera Myroxylon Lin Suppl. p. 233 * S.V. 395.

Hoitzilo*itl. Hernand mex. p. 51. figura satis bona.

Caburciba Piso bras. 57. 119. absque figura

Habitat in calidissimis provinciis Terræ Firmæ Americæ meridionalis ♄.

Arbor pulcherrima: cortice levi, crasso, valde resinoso, ut omnis arboris partes. Folia alterna, abrupte pinnata. Foliola bijuga, subopposita, petiolata, ovato-lanceolata; apice producto, obtuso, emarginato; integra, venosa, glaberrima. Rachis per longitudinem inferioris paginæ folii currens, elevata pubescens. Petiolus communis teres, pubescens. Racemi axillares, erecti, secundi, foliis longiores: pedunculo teretiusculo, pubescente, floribus sparsis. Bractea singulum pedunculum suffulciens, minima, ovata, erecta, concava, nudo oculo tuberculum referens. Pedicelli erecti. Calyx campanulatus, viridi canescens, cinctus extra orificium petalis antherisque albis, intra continens Legumen viride, quod in flore singularem faciem repræsentat. Lin

Foliorum substantia plena punctis lineanbus, transluscentibus, resinosis, ut folia citri. Balsamum peruvianum prebet. Lin

non vidi

orbiculatum Myroxylon

Habitat her l. Musei

Rami teretes, glabri, cortice cinereo, tuberculis parvis sparsi: ramuli angulati. Folia breviter petiolata, subrotunda, alterna, vix pollicaria, obtusissima, basi acuta, utrinque glabra, venosa, supra nitida. Flores terminales

frutescens M.

Myrospermum Jacqu